

HISPANIA

HISPANIA VNDIQUE ALLVITVR MARI,
excepto eo latere quo Galliam cōtingit, ibi enim altissimis Py
reneis montibus secernit ab ea. Hac olim in tres fuit distincta
partes, Bæticam scilicet, Lusitaniam & Tarragonensem. Et se
cundum Bero sum primus rex eius fuit Tubal, Nohæ nepos:
qui uidens terram aptam pro pecoribus nutriendis, studuit in
ea propagare rem pecuariam, unde & terram hinc uocatā pu
tant Tarragonam, quasi Σερβία id est, boum possessio.
Huic successit Iberus, à quo fluuius Iberus denominatus est, &
regio quam per labitur Celtiberia. Sextum regem afferunt fuis
se Betum, à quo Bætica regio nomen accepit. Decimus rex fu
it Hispanus, aut secundum alios Hispalus, qui toti regioni Hi
spanie nomen reliquit. Duodecimus fuit Hesperus, à quo etiā
Hispania Hesperia appellata est. Decimus septimus fuit Lusus,
à quo Lusitania, quæ hodie est Portugallia, denominata est.
Quando uero Romani imperare cœperunt in Hispania, diui
sa fuit in duas prouincias, Bæticam scilicet & Tarragonensem,
durauitq; illa diuisio usq; ad Attilam, qui rursum aliam in ea fe
cit distinctionem. Posteris uero temporibus diuisa fuit in quin
que regna, Galliciam, Nauarram, Castiliam seu Legionū reg
num, Catalonia, quæ & Arragonia est, Portugallia & Gra
natam. Galicia non diu proprium habuit regem, ideo in nu
merum non uenit.

31